



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum II. Si quorundam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

modo hoc onus sustinere possit, alioquin aliunde Episcopi providentiâ subsidium adferri debet.

Corollarium. Ex dictis apparet, textum hujus cap. ampliandum esse cum *Abb. in cit. c. 3.* quod successor solvere debeat debita antecessoris non tantum, quæ pro Ecclesia contracta sunt, sed interdum etiam, quæ pro necessaria sustentatione personæ: quod maximè locum habet in Episcopis, aliisque Prælati, quippe quos inter & Ecclesiam eorum major conjunctio intercedit, quàm inter alios beneficiarios, & eorundem beneficia.

CAPITULUM II

Si quorundam.

PARAPHRASIS.

Gregorius IX. universis Prælati prohibet, ne quispiam Ecclesiam suam pro alienis debitis gravare, aut litteras alicui, seu sigilla concedat, quibus Ecclesia obligari possit; quod si hoc attentatum fuerit, Ecclesiæ ad solutionem talium debitorum non teneantur, & is, qui contra prohibitionem facere præsumpserit, ab administratione spiritualium, ac temporalium suspensus sit.

SUMMARIUM.

*Casu, quo Prælati gravet alienis debitis Ecclesiam, nulla est obligatio.*

Notandum. Si Prælati Ecclesiam gravet, aliena debita nomine Ecclesiæ suscipiendo, seu fidejübendo pro alijs, aut litteras, vel sigilla tradendo, quibus Ecclesia obligari queat, irrita est obligatio, & Prælati suspensionem ab administratione Ecclesiæ in spiritualibus, & temporalibus ipso jure contrahit. Adverte autem ad verbum *gravare*; si enim justa, & rationabilis causa sit, & Capitulum consentiat, Prælati nomine Ecclesiæ suæ pro alio fidejübere potest, imò etiam sine Capituli

consensu, si alienum debitum moderatum sit; cum enim ex rationabili causa bene meritis, v. g. ex rebus Ecclesiæ donate possit, multò magis fidejübere potest, nam hæc officia charitatis, & beneficentia sunt à Prælati non aliena, uti docui in *cap. nati. de fidejussionibus*. Quare eadem ratione Prælati ex bonis Ecclesiæ, si abundantia sint, mutuo dare poterit, licet ad monet *Joan. And. & Abbas in fine c. d. p. nati. de fidejussionibus*. Quare eadem ratione Prælati ex bonis Ecclesiæ, si abundantia sint, mutuo dare poterit, licet ad monet *Joan. And. & Abbas in fine c. d. p. nati. de fidejussionibus*.

His duo adde, primum. Quod hæc constitutio, quatenus pœnalis est, & certioram infert, Episcopos non comprehendit, juxta *c. quia 4. de sententia excommunicationis in 6.* Alterum, ab ista suspensione, cum in perpetuum lata, & non revocata sit, Episcopum dispensare posse. Sciti docet *Suarez, de censuris disp. 11. c. 1. n. 2.* & docui *lib. 1. tra. 5. p. 3. c. 4. n. 5. contra Abb. hic n. 5.*

CAPITULUM III

Odoardus.

PARAPHRASIS.

Clericus Odoardus obligatus erat Clerico P. & quibusdam Laicis ad solvendam pecuniæ summam: ij, cum Odoardus coram officiali Rhemenis Archiepiscopi convenissent, Odoardus factus est debitum, sed propter inopiam solutioni inoparem esse se dixit. Nihilominus officialis eum solvere recusantem excommunicavit. Hæc res, cum ad Gregorium IX. delata esset, is rescriptis ad delictos suos, si constiterit, quod Odoardus seu in totum, seu ex parte debitum solvere non possit, ut sententiam excommunicationis relaxent, recepta prius ab illo cautione idonea, si ad fortunam meliorem venerit, quod debita dissolvere.

SUMMARIUM.

*Quando Clerici gaudeant privilegio hujus Capituli?*

Notar.